

# Psalms

Attende in scripturis: vide si bñ viuis: et vide ibi bñ dictum te fuisse. Omnes bñ viuētes bñ dixerunt. Et quomō bñ dixerunt: In nomine domi: nō in nomine suo sicut heretici. Qui enī dicit q̄ nos damus hoc ē sanctum: in nomine suo volūt bñ dicere nō ī nomine domi. Qui autem dicit: nō sanctificat: nisi deus: nec quisq; est bonus nisi dominus dei: ip̄i in nomine domi bñ dicūt: non in nomine suo: quia amici sunt spōsi: nolūt esse adulteri spōse.

**Explicit Tractatus de ps. CXXVIII.**  
**Incipit Tractatus de ps. CXXIX.**

## Expositio psalmi.

**Q**uoniam vos nō solum oculis corporis: sed etiam corde vigilare p̄sumimus: intelligēter nos cātare oportet.

**D**e profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Etenim vox hec ascēdētis est pertinēs ad cāticum gradū. Bebet itaq; vnuſquisq; nostrū videre: in quo profūdo sit: de quo clamet ad dominum. Clamauit de profūdo Jonas de ventre certi. Erat nō solum sub fluctibus: vertutiaz in visceribus belue: nec tū illud corpus et illi fluctus intercluserūt orationem ne perueniret ad deum: et venter bestie nō potuit tenērē vocē dépcātis: Penetravit oia: dirupit oia pueit ad aures dei: Si tū nūc dicēdū ē: quia diruptis omib⁹ pueit ad aures dei: quādo aures dei in corde p̄cātis erāt. Ubi enim deum presētem nō habet: cuius fidelis est vox: Uerū tamē et nos debem⁹ intelligere: de quo profūdo clamem⁹ ad dominū. Profūdum enim nobis est vita ista mortal. Quisquis se in profūdo intellexit: clamat: gemit: suspirat: et donec de profūdo eruat: et veniat ad eum qui sup omēs abyssos sedet: sup cherubin: sup omia que creauit: nō solum corporali: s; etiam spiritalia: donec ad eū veniat anima: donec ab illo liberef imago ipius quod est homo: q̄ in hoc profūdo tāq; assiduis fluctib⁹ exagitatā detrita est: et nisi renouet et reparetur a deo: qui illam impressit: quando formauit hominem: idoneus potuit esse hō ad casuz suū: nō est idoneus ad resurrectionē suaz: sp̄ i profūdo ē: nisi liberef ut dixi: sp̄ i profūdo ē. Sed cū de profūdo clamat: surgit de profū-

## CXXIX

do: et ip̄e clamor nō es p̄mittit multū īimo esse. Valde enī in profūdo sunt: qui nec clamat de profūdo. Dicit scriptura: P̄ctōr cū venerit in profūdum malorū cōtemnit. Iaz videte fratres quale profūdum sit: ubi cōtentis de. Lū q̄s viderit se q̄tidianis peccatis obrutus: aceruis qbusdā et molib⁹ qbusdam iniquitatū premi: si dictū illi fuerit: ut deū roget: irridet. Quibus modis? Primo dicit: Si deo disiplicerēt facinora: ego nō viverez: Si curaret de res humanas: ad tāta scelera que feci: nō solum nō rive rem: s; et bñ mibi nō esset. Solet enī hoc illis cuenire q̄ multum in profūdo sunt: et prosperātur in iniquitatibus suis. Et tāto magis in profūdo merguntur: q̄to magis videt esse felices. Fallax enī felicitas: ip̄a est maior infelicitas. Beinde et hoc solēt homines dicere: Nam qm̄ multa feci et damnatio imminet: ex h̄ p̄dor: cur nō facio qcqd possū: Quomō solent desperati latrones dicere: Sic me occisurus est iudex p̄ decem homi cidijs: quomō p̄ quiq;: quomō pro uno: quare iam nō faciam: Quicqd mibi occurserit facio: hoc est: peccator cui venerit in profūdū malorū: cōtemnit. Sed dominus Jesus christus qui nec profūda nostra contempnit: qui vsq; ad istam vitam venire dignatus est: p̄mittēs remissionē om̄i peccatorum: etiam de profūdo excitauit hominē: ut clamaret de profūdo sub molib⁹ peccatorum: et queniret vox peccatoris ad deum. Tū clamat: nisi de profūdo malorum: Et videte q̄ vox peccatorū clamat de profūdo: Be profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. **Fiant aures tue intendentēs: in vocem depreciationis mee.** Tū clamat: Be profundis. Quis est q̄ clamat: P̄ctōr. Et q̄ spe clamat: Quia q̄ venit soluere p̄ctā: dedit spem etiā in profūdo posito p̄ctōri. Iō qd sequit post istas voces: **Eti iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit:** Ecce apparuit de quo profūdo clamaret. Clamat enī sub molib⁹ et fluctib⁹ iniquitatū suarū. Circūspexit se: circūspexit vitā suam: vidit illā vndiq; flagitijs et facinorib⁹ cooptā. Quacūq; respexit: nihil in se bonū inuenit: nihil illi iusticie serenū potuit occurtere: Et cū tāta et tā mīta p̄ctā vndiq; et cateruas scelerū suoz videret: tāq; expauescēs exclamauit. **Eti iniquitates obseruaueris dñe: dñe q̄s sufficiet:**

## Psalms

Hō dicit: ego nō sustinebo: si q̄s sustinebit.  
 T̄ludit enī ppter totam vitā humanā circula  
 trā p̄tūs suis: accusari om̄es p̄scias cogi  
 tatiōib⁹ suis: nō inueniri cor castum: p̄su  
 mēs de sua iusticia. Si ḡ cor castū nō p̄t  
 inueniri qđ p̄sumat de sua iusticia: p̄sumat  
 om̄is cor de misericordia dei: et dicat deo: Si ini  
 q̄tates obſuaueris dñe: dñe q̄s sustinebit:  
 Que aut̄ sp̄es est? <sup>†</sup>Quoniam apud  
 te propitiatio est. Et que ē ista p̄pitia  
 tio: n̄iſi sacrificiū: Et qđ est sacrificiū: n̄iſi  
 qđ p nobis oblatum est. Sāguis innocēs  
 fusus deleuit oī a peccata nocētum. Pre  
 cium tātū datū redemit om̄es captiuos  
 de manu captiuātis inimici. Ergo est apd  
 te p̄pitatio. Nam si nō esset apd te p̄pitia  
 uo: si iudex solū esse velles: et misericors esse  
 nolles: obſuares om̄es iniqtates nostras:  
 et quereres eas: q̄s sustineret. Quis aī te fla  
 ret et dicere: Innocēs sum: Quis staret in  
 iudicio tuo. Sp̄es ḡ yna est: Quoniam est  
 apud te p̄pitatio. <sup>†</sup>P̄opter legē tuāz  
 sustinui te domine. Quam legē? Que  
 reos facit. Bata ē enim lex facta: iusta: bo  
 na iudicis: si reos eos potuit facere. Hō da  
 ta est lex que posset vniſicare: si que ostend  
 eret p̄tā p̄tōri. P̄tōr enim oblit⁹ erat  
 se: nec videbat serdata ē illi lex: ut videret  
 se. fecit reuni lex: liberauit lator legis. La  
 tor enim legis impator est. Lex data ē que  
 terreat et cōstringat in reatum: et non soluit  
 lex a peccatis: si ostendit peccata. Et forte  
 sub ip̄a lege positus animaduertit iste in p  
 ſido q̄ta fecerit cōtra legez: et sic exclama  
 uit dicens. Si iniqtates obſuaueris domi  
 ne: dñe q̄s sustinebit. Est ḡ lex misericordie  
 dei: lex p̄pitatiōis dei. Illa timoris fuit: ē  
 alia lex caritatis. Lex caritatis dat veniaz  
 peccatis: delet p̄terita: adiunonet de futurū.  
 In via si deserit comitē: comes fit ei quem  
 ducit in via. Sz cōcordādūm est cum ad  
 uersario dū es cum eo in via. Est enim ser  
 mo dei aduersari⁹ tuus: q̄dū cū illo non  
 cōcordas. Cōcordas aut̄ cū cepit te dele  
 ctare facere quod dicit bmo dei. Nam qui  
 erat aduersari⁹ fit amicus: sic finita via nō  
 erit q̄ tridat te iudici. Ergo ppter legem  
 tuām sustinui te domine: quia dignatus  
 es legē misericordie afferre: mihi dimittere  
 om̄ia p̄tā mea: dare mihi de cetero moni  
 ta: ne te offēdam: In ip̄is monitis si quid  
 forte titubauero: dedisti mihi remedium:  
 quo te orem: dicens: Dimitte nobis debita

## CXXIX

nostra: sicut et nos dimittimus debitorib⁹  
 nostris. <sup>†</sup>Hanc legem statuisti mihi: vt quō  
 dimitto: dimittat mihi: ppter hanc legem  
 sustinui te domine. Expectavi qñ venias et  
 liberes ab om̄i necessitate: qđ in ip̄a necessi  
 tate nō deseruisti legem misericordie. Audi  
 quam legem dicat: si nondum intellixisti:  
 Quia legē modo dicit caritatis: audi apo  
 stolum. Inuicē onera vestra portate: et sic  
 implebitis legem christi. Qui portat inui  
 cē onera sua: n̄iſi qui habent caritatem:  
 Qui nō habent caritatem: graues sunt fi  
 bi: qui autem habent caritatem: portat se.  
 Lesit te aliquis: petit veniam: si non dimittis:  
 portas onus fratrii tui: si dimittis:  
 portas infirmum. Et tu si forte in aliquam  
 infirmitatem incideris quasi homo: opor  
 tet ut sic te portet et ille: quemadmodū et tu.  
 Audi quid p̄cesserit. Fratres inquit: si pre  
 occupatus fuerit homo in aliquo delicto:  
 vos qui spirituales estis: instruite huiusmo  
 di in spiritu lenitatis. Et ne forte quia spi  
 rituales monuerat: velut securi sibi videre  
 tur: p̄tinuo subiecit: Intendēs teip̄uz: ne  
 et tu tempteris. Beinde quod cōmemora  
 ui subiunxit. Alter alterius onera porta  
 te: et sic implebitis legem christi: Unde et  
 dicit. P̄opter legem tuām sustinui te do  
 mine. Bicunq̄ cerui quando transeunt fre  
 tā in primas insulas pascue gratia capita  
 super sciuicē ponere: et unus qui ante ē  
 solus portat caput: et non ponit super alte  
 rum. Sed cum et ip̄e defecerit: tollit se ab  
 anteriore parte: reddit posterius: ut et ip̄e in  
 altero requiescat: et sic portant omnes one  
 ra sua: et p̄ueniunt ad quod desiderant: et  
 non patiuntur naufragium: quia quasi na  
 uis est illis caritas. Itaq̄ caritas portat  
 onera: sed non timeat ne prematur talibus  
 oneribus: ne peccatis suis vniſquisq; pre  
 matur: attendat. Nam quando portas in  
 firmitatem fratris tui: non te onerāt pecca  
 ta ip̄ius. Plane si consentias: iam tua te  
 premunt: non alterius. Quisquis enī con  
 sensit peccatori: nō alienis: sed suis gra  
 uatur. Consensio enim ad peccatum alte  
 riū: tuum fit peccatum: et non est quare q̄  
 rarīs q̄ peccata aliena te premant. Bici  
 tur enim tibi: premunt te: sed tua: Vidiūt  
 furem: cucurristi cum eo. Quid est hoc:  
 Pedibus ambulasti ad furtum: imo men  
 te coniunxisti te furto. Quod ipsius fo  
 lum erat: et factū est et tuum: quia placuit

tibi. Si autem displicuerit tibi: et orationis pro eo: et deprecatus veniam dederis: ut possis libera fronte dicere in precib⁹ tuis: quas tibi iurisperitus celestis dictauit: Binitate nobis debita nostra: sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris: didicisti portare onera fratris tui: ut et alius portet si qua sunt tua: et fiat in vobis quod ait apostolus: Inuicem onera vera portate: et sic implebitis legem christi. Ita securus cantas quod in dictum est. Propter legem tuam sustinui te domine. Hac autem legem quod non suuat: nec sustinet dominum: nec si velut sustinere: causa est quare non sustineat: inanis sustinet. Utentur enim domin⁹: et inuentur peccata tua: quod autem perfecta iusticia vixisti: non est inuentur. Homicidium forte: Grauia sunt enim et valde maiora. Non est inuentur adulterium: Non est inuentur furta: Non est inuentur rapi nam: Non est inuentur maleficia: Non est inuentur idola tria: Non est ista inuentur: nihil est ergo inuentur. Audi sermone nem euangelij: Qui dixerit fratri suo fatue: Ab ipsis etiam peccatis lingue nimis quis abstinet: Sed forte dicis: parua sunt. Reus erit inquit gehenna ignis. Si paruum tibi videatur aut modicum fratri dicere fatue: vel gehenna ignis videatur tibi magna. Si contemnebas minus peccatum: vel pene magnitudine deterre. Sed dicitur. Miora sunt minuta sunt: sine quibus non potest esse ista vita. Lögere minuta: et faciunt ingerentem acerum. Nam et grana minuta sunt: et tamen massam faciunt: et gutte minute sunt: et flumia implent et moles trahunt. Ideo et ille considerans quod multa minuta peccata quotidiana comittat homo: si nihil aliud vel per cogitationes et linguam: attendit quod multa sunt: et si attendit quod minuta sunt: videt per multa minuta fieri acerum magnum: et non quasi peccata sua pristina cogitas: si per fragilitatem humanae iam ascendens clamat: Beatus profundis clamans in ad te domine: domine exaudi vocem meam: fiat aures tue intendentes in vocem deprecationis mee: Si iniqtates obfusaueris domine: domine quis sustinebit. Utile possum homocidia: adulteria: rapias: piuria: maleficia: idolatria: nunquid et peccata lingue: Nunquid et peccata cordis: Scriptum est: Heccatum iniqitas est. Quis ergo sustinebit: si tu iniqtates obfusaueris: Si nobiscum seuerus iudex agere volueris: non misericors pater quod stabit ante oculos tuos: Sed est apud te propiciatio: propter legem tuam sustinui te

domine. Que lex est ista? Inuicem onera  
vestra portate: et sic implebitis legem christi.  
Qui portat inuicem onera sua: Qui fide-  
liter dicit: Bimitte nobis debita nostra: si  
cūt et nos dimittimus debitoribus nostris.  
**S**ustinuit anima mea in verbis  
tuum. Nemo sustinet: nisi quod nondū acce-  
pit quod p̄missum ē. Nam quod iam accepit: quod  
sustinet: Accepimus remissionem peccato-  
rum: sed p̄missum est nobis regnum celorum.  
Debita nostra deleta sunt: si merces nostra  
adhuc futura est. Accepimus veniam: si etern-  
az vitā nondū tenemus. Sed quod dedit ve-  
niam: ipse p̄misit et vitā eternam. Si verbum  
nostrum esset: deberemus timere: quod verbum  
dei est: non fallit. Securi speramus in ver-  
bis eius quod fallere non potest. Sperauit  
anima mea in dominū. A vigi-  
lia matutina usque ad noctem. Quid  
est quod aut: Una die sperauit in domino: et fini-  
ta est tota spes ipsius: A vigilia matutina us-  
que ad noctem sperauit in dominū. Ista vi-  
gilia matutina finis noctis ē: Hic usque ad  
noctem sperauit anima mea in dominū: Ergo  
intelligendum est: ne putemus unō die nobis  
sperandum esse in dominū: a vigilia matuti-  
na usque ad noctem. Quid ergo fratres putatis  
hoc esse: A vigilia matutina usque ad noctem  
sperauit in dominū: Quia dominus quod queas no-  
bis dimissa sunt peccata: in vigilia matuti-  
na resurrexit a mortuis: ut hoc speremus in  
nobis futurū quod processit in domino. Nam enim  
petra nostra dimissa sunt: sed nondū resurreximus.  
Si nondū resurreximus: nōdum in nobis factū  
est quod processit in capite nostro. Quid processit in  
capite nostro: Quia et caro ipsius capitinis resur-  
rexit: Spūs illius capitinis nunquam mortuus ē.  
Sed quod in eo mortuū ē: resurrexit: Resur-  
rexit autē tertia die. Et quodāmodo hunc nobis  
dixit dominus: Quod in me vidistis: sperate in vo-  
bis: id ē quod erit resurrectio: resurget et vos.  
Sed sunt qui dicunt: Ecce resurrexit dominus: nū  
quid ppter ea sperandum est: et me posse resur-  
gere: Utique ppter ea. In hoc enim resurrexit  
dominus: quod a te accepit. Non enim resurgeret:  
nisi mortuus esset. Non autē mortuus esset:  
nisi carnē portasset. Quid accepit a te do-  
minus: Carnem. Quid venit ipse: Verbum  
dei quod erat ante omnia: p̄ quod facta sūt  
omnia. Sed ut acciperet abs te aliquid:  
verbum caro factum est: et habitavit in no-  
bis. Accepit abs te quod offerret pro te:  
Quod accipit a te sacerdos quod pte offerat  
quoniam vis placare deum per petis tuos. Ita factū

## Psalms

est: ita factus est: Sacerdos noster a nobis accepit: quod pro nobis offerret. Accepit enim a nobis carnem: in ipsa carne victimam factus est: holocaustum factus est: sacrificium factus est. In passione sacrificium factus est: in resurrectione innouavit illud quod occisum est: et tanquam promissas tuas dedit deo: et ait tibi: Ese crata sunt iam omnia tua: qui tales primicie tue de te date sunt deo. Spera ergo et in te futurum quod processit in promissionibus tuis. Ergo ille qui a vigilia matutina resurrexit: cepit anima mea ex hoc sperare. Et quousque usque in noctem: quousque moriamur. Omnis enim mors nostra: carnal quasi somnus est. Cepisti sperare ex quo resurrexit dominus: noli deficere sperare: quousque erreas ab hac vita. Nam si non vides ad noctem speraueris: delect totum quod speraueras. Sunt enim homines qui incipiunt sperare: sed non perseverant usque ad noctem. Incipiunt pati tribulaciones aliquas: incipiunt pati temptationes: videtur homines malos et iniquos felicitate tempali pollere: et quoniam talia sperabat de domino: ut hic essent felices: attendunt eos qui scelera fecerunt habere quod ipsis habere desiderabant: et defecerunt pedes eorum: et desinunt sperare in domino. Quare: Quia non a vigilia matutina ceperunt sperare. Quid est hoc? Non hoc sperare ceperunt de domino quod processit in domino ab illa vigilia matutina: sed sperabat de domino: ut si essent christiani: haberet plenam dominum frumento: vino et oleo: auro et argento: nullus eorum moreretur immaturus: Si quis eorum non haberet filios: accipiet: si virorem non durisset: duceret: non abortiret non solus aliqua mulier in domo eius: sed nec pecus eius: non accidetur cupe eius: non grandinaretur vinea eius. Qui sic sperabat in domino: animaduertit his rebus abundantem: et defecerunt pedes eius: et non sperauit usque ad noctem: quod non cepit a vigilia matutina sperare. Quis ergo sic incipit a vigilia matutina sperare? Qui hoc sperauit de domino: quod cepit ostendere a vigilia matutina in qua resurrexit. Antea enim nemo resurrexerat: semper viciurus. Intendat caritas vestra. Resuscitati sunt iam mortui ante aduentum domini. Nam et Ihesus resuscitauit mortuum et Ihesus: sed resurrexit iterum morturi. Dominus ipse quos resuscitauit morturi resurrexerunt: siue ille iuueniens filius videtur: siue illa puella duodecim annorum filia archisynagogi: siue Lazarus. Alter resuscitati sunt omnes mortui: Sed

## CXXIX

nati sunt: sed bis mortui sunt. Nemo resurrexit namque moritur: nisi dominus. Quando autem resurrexit dominus namque moriturus: A vigilia matutina. Hoc spera et tu de domino resurrectum te: non quod Lazarus resurrexit: non quod filius videtur et archisynagogi filia resurrexerunt: non quod quos suscitaverunt antiqui prophete: sed resurrectus te spera quomodo dominus: ut post resurrectionem qua resurrexeris non te iam timeas moritur: et cepisti sperare a vigilia matutina. Spera autem usque ad noctem: quousque finias hec vita: quod usque fit nox universi generis humani in occasu seculi. Quare hucusque: Quia post istam noctem: iam non erit spes: sed ipsa res. Spes enim quod videtur non est spes. Alius dicit. Quod enim videt quis: quod sperat: Si autem quod non videamus speram: per patientiam expectam. Si ergo patientem expectare debemus: quod non videamus: usque ad noctem speremus: id est usque ad finem huius vite nostre vel seculi. Cum autem nox ista transierit: ita veniet quod sperabamus: et non iam sperabimus: nec tam desperaverimus. Est enim vituperatio desperatorum: et aliquando detestamur hominem: et dicimus: non habet spem. Non semper malum est non habere spem: in hac vita cum sumus: malum est non habere spem. Qui enim modo spem non habet: rem postea non habebit. Ergo modo spem debemus habere. Sed cum res venerit: nunquid spes erit: Quod enim videt quis quid sperat: Elenitet dominus deus noster primo formam ipsam in qua crucifixus est et resurrexit demonstratus generi humano: ut videant prius et imprius. Illi videant et gratulentur inuenisse secundum crediderunt antequam viderent: et illi erubescant non se credidisse quod videbant. Erubescentes damnabuntur: et gratulati corona buntur. Bicef confusis: Ite in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelus eius. Bicef gaudientibus: Elenite benedicti prius mei: precipite regnum quod vobis paratus est ab origine mundi. Quod cum acceperit iam spes non erit: quod res tenebit. Transacta ergo spes: transibit nox illa: sed donec fiat a vigilia matutina speret anima mea in domino. Et redit ad illud. A vigilia matutina. Speret israel in dominum. A vigilia matutina usque ad noctem: speret anima mea in dominum. Sed quid sperauit: A vigilia matutina speret israel in dominum. Non solum speret israel in dominum: sed a vigilia matutina speret israel. Ergo culpo spes seculi: quoniam spe

Alius ita  
dicit.

rat de deo? Nō: Et alia spes ē Isrl p̄pria. Nō p̄ summo suo bono speret Isrl dimiti: nō salutem corporis: nō abundantiam terre nostrū: imo tribulatiōēz hic habiturus est: si forte cōtigerit illi, ppter veritatē pati aliq̄s molestias. Nō enī nō sperabāt in deū martyre. Et tñi talia sunt passi qualia latrōes: q̄liū iniqui: subiecti ad bestias: ignibus cōcremati: gladio percussi: vngul exarati: cithenis obstricti: carcere necati. Ista omia mala passi nō sperabāt in dñm: Aut iō sperabāt: vt istis mal' carentes hac vita fruerent? Nō plane: q̄r a vigilia matutina sperabāt. Quid est h̄: Considerabāt illaz vigiliā matutinā qua resurrexit dñs eorū: et videbant q̄r aīq̄s resurget talia et ip̄e p̄sus erat: qualia et ip̄i patiebāt: et nō desperabāt etiam se post tales passiones resurrectos ad vitā eternam. Sperauit israel in dñm a vigilia matutina usq; ad noctem.

**Ecclesia.**  
Quia  
mon habet  
scopiosa  
teum

**¶** Qm apd dñm misericordia t̄ē: et multa apud illū redēptio. Ma gnifice melius dici nō posset loco suo: propter illud qd̄ dirit: A vigilia matutina speret israel in dñm. Quare: Quia a vigilia matutina resurrexit dñs: et b̄ debet sperare corpus qd̄ i capite p̄cessit. Et ne suggerat ista cogitatio: capiti licuit resurgē: q̄r pctis nō p̄mebat: et nullū pctim erat in illo: quid nos facturi sum? Sperabim⁹ talē resur rectionē qual' in dño p̄cessit: cū peccati no stis aggrauemur? Sed vide qd̄ sequitur. Qm apud dñm miseria: et multa apd illū redēptio. **¶** Et ip̄e redimet isrl ex omib⁹ iniqtatib⁹ eius. Ergo si p̄mebat peccatis suis: adest miseria dei. Nō p̄cessit ille sine peccato: vt deleat pctā sequentiū. Molate in vobis p̄sumere: s̄ a vi glia matutina p̄sumite. Videlite caput vestrū resurrexisse et ascēdisse in celuz. In il lo culpa nō erat: s̄ p̄ illū vñe culpe delebuntur. Ip̄e redimet isrl ex omib⁹ iniqtatib⁹ eius. Quia isrl vendere se potuit: et fieri vniudatus sub peccato: redimere se ab iniqtatibus non p̄t. Ille potuit redimere qui se nō potuit vendere. Qui nō cōmisit pec catū: ip̄e est redēptor a peccato: ip̄e redimet isrl. **¶** Ubi redimet: Ab illa iniquitate: an ab illa: Ab oib⁹ iniqtatibus suis. Nō ḡ t̄ meat accessurus ad deū aliq̄s iniq̄tates suas: tantumō accedit pleno corde: et desi nat iam facere q̄ ante faciebat: et non dicat: illa iniq̄tas nō mihi dimitti. Si enim hoc dixent: ppter ip̄am quā putat sibi non

dimiti: nō se cōuertat: et faciēdo cetera nō illi dimittit et illō qd̄ si timebat. Quia feci inq̄t scelus magnū: et nō mihi p̄t dimitti: ita faciā et ceta. Hoc enī p̄do qd̄ nō facio. Noli timere: in p̄fundo es: noli p̄temnere: de p̄fundo clama ad dñm: et dic. Si inq̄tates obfūauerit dñc: dñc quis sustinebit: Obfūa illum: et expecta illū: et sustine propter legem ip̄ius: Quam legem tibi dedit: Dimitte nobis debita nřa: sicut et nos di mittim⁹ debitorib⁹ nostris. Spera te resur recturū: et tunc futurū omnimodo sine pec cato: qm̄ ille resurrexit q̄ p̄m⁹ fuit sine pec cato. A vigilia matutina spera: Noli dice re: Ego nō sum dignus: prop̄ pctā: Non es dignus: s̄ multa apud illū redēptio: Et ip̄e redimet isrl ex oib⁹ iniqtatib⁹ ei⁹.

**Explicit Tractatus de ps. CXXIX.**  
**Incipit Tractatus de ps. CXXX.**

### Prefatio.

**I**n isto psalmo cōmendat nob̄ humilitas fui dei et fidelis: cuius vo ce cantat: qd̄ est vniuersum corp̄ christi. Sepe enī admonuim⁹ caritatē ve stram: nō quasi vnius homis cantans vo cem accipi debere: sed omnū q̄ sunt i chri sti corpore. Et q̄ i illius corpe sunt omēs: tanq̄ vnuis hō loquit: et ip̄e est vnuis qui et multi sunt. Multi enī sunt in seip̄is: vnuis sunt in illo: q̄ vnuis ē. Ip̄m est aut etiā tē plū dei: de quo apls dicit: Templū enī dei sanctū est qd̄ estis vos. Omēs qui credūt in christū: et sic credūt vt diligāt: Hoc est enī credere in christū: diligere christuz: Nō quonimō demones credebāt: s̄ nō dili gebant: et ideo q̄uis crederent dicebant: Quid nobis et tibi fili dei: s̄ nos aut sic credamus: vt in ip̄m credam⁹: diligētes eū: et nō dicam⁹: quid nobis et tibi ē: s̄ dicamus potius: ad te p̄tinemus: tu nos redemisti. Qēs ḡ qui sic credunt: tanq̄ lapides sunt viui: de qbus templū dei edificatū est: et tanq̄ ligna imputribilia qbus arca illa cōpacta est: q̄ in diluicio mergi nō potuit. Hoc aut templū ē: id est ip̄i hoīes: vbi rogatur deus: et exaudit. Quisq̄s enim p̄ter tēplū dei orauerit deum: non exauditur ad illaz pacem supernā hierusalez: et si exaudit ad qdā tempalia q̄ deus et paganis donauit. Nā et ip̄i demones exaudiri sunt: vt uēt in porcos. Exaudiri ad vitam eternaz aliud